Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26030
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ab eo passus est ciprianus ait uolentibus mori non pmittebat occidi.
Cui ut crudelitas notior fiat n̄ memorie causa exempla subiecim.
Perseuerantē in fide martyrē & inter eculeos flammasq; uictorē
iussit melle pungi & sub ardentissimo sole ligatis p tergū ma
nib poni scilicet ut muscarū aculeis cederet q ignitas sartagi
nes ante superasset. Aliū in iuuenili etate florentē in amenissi
mos hortulos pcepit adduci ibiq; int candentia lilia & rubentes
rosas cū leni murmure iuxta serperet riuus & molli sibilo arbor
folia uentus astringeret sup stratū plumis lectulū supinari &
ne se inde possit excutere blandis sertorū nexib irretitū relinqui.
Cum autē recedentib cunctis meretrix speciosa uenisset cepit deli
catis stringere colla cōplexib & qd dictu quoq; scelus ē manibus
adtrectare uerecunda ut corpore in libidinē concitato se me
retrix inpudica sup iaceret. Qd ageret miles xi q se uerteret nesci
ebat & quē tormenta n̄ uicerant supabat uoluptas. Tandē celitus
inspirat pcisā morsu linguā in osculantis se faciē expuit ac sic
libidinis sensū succedentis doloris magnitudo pripuit. Pidē tēp
q talia gerebant apud inferiorē thebaidā cū sorore iam uiro
tradita morte amborū parentū in hereditate locupletati pau
lus relict esset solus annor circit xvi litteris tā grecis quā egyp
tiacis adprime erudit mansueti animi dm ualde amans & dum
psecutionis detonaret pcella in uilla remotiori secretior erat. Ue
rū qd pectora humana n̄ cogis auri sacra fames. Sororis maritus
cepit pdere uelle quē celare debuerat. Non illū uxoris lacrime
n̄ communio sanguinis n̄ spectans cuncta ab alto ds a scelere re
uocauerunt aderat instabat crudelitate quasi pietate utebat.
Qd ubi prudentissim adolescens intellexit ad montiū deserta